



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.



FVNVS

VIRI

NOBILISSIMI CLARISSIMI ATQVE PRAECELLENTISSIMI

DOMINI

**M. CHRISTIANI FRIDER
KR ANEVVITTE RI**

**P. L. C. ORDINIS SAPIENTVM ASCRIPTI ET LYC. SENAT. RECTO
RIS MERITISSIMI**

COLLEGAE DESIDERATISSIMI

SOLEMNIBVS EXEQVIIS

POSTRIDIE CALENDAS MAIAS

A. O. R. ∞ 13 CC XVII

DVCTVM

LVCTV ET DESIDERIO PROSEQVEBATVR

ORDO ADIVNCTORVM

VITTEMBERGAE PRELO CREVSIGIANO





Epenthes ergo, Moly et Amaracum,
Omnesque Thymbrae, cum uiolis, co-
mas,
Prati Dionaei decusque,
Frustra alitis, Dryades puellae.

Frustra striatos nunc calathos, tuo
Indigna, Chloris, numine, et unice
Gauisa Hymetto, inuertis, atque
Prociduos iteras cachinnos.

Cum, uere, quaeuis fulmina Veiovis,
Nouo, minentur squallidae Erinnyes,
Niuefque canescentis aethrae,
Et tenebras nigricantis orci.

Nec, Delphicorum filia montium,
Daphne, reposti concia temporis,
Aut ciue gaudes, aut magistro
Augurii meliore, Phoebo.

Cum nec Daphnaeam mors sobolem horreat,
Lauri reuinctam tempora Delphica,
Nec cesset atrox uirus omne
Euomere in genus eruditum.

At, salua res est. Pignora Chloridos,
Iani Calendae queis adimunt decus,
Vt non perennaturo honore,
Vere tamen redeunt recenti.

Nec praeparatum pectus Erinnyos
Horret nefastae fulmina, nec timet
Te, dira mors, horrendam Auerni
Quae quatis Iliadem malorum.

I nunc, et unda, Tisiphone, ut soles,
Compelce tristi, scilicet omnibus
Enauiganda, Dira, et omnes
Christigenas cohibe eruditos.

Vide'n, sepulchro Christus ut exeat
Tanquam alter heros Amphitryonius,
Illisque defendisse Auernum,
Gaudet, et stygias phalngas.

O, DIVE, docta pectoris indole
Dilecte docto Leucoridum choro,
Heu, noster, cheu, noster olim,
Celsa petente animo, Poeta,

Non Te corollis purpureis Charis,
Non Mula, cessat cingere tempora,
Queis, pectus instructum uniuerso,
Saepe probaueris, esse Phoebo.

At inquilinus fidereae domus
Vt mulcearis ueris odoribus,
Numenque donet membra fessio
Ver Tibi perpetuum, precamur

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118





FVNVS

VIRI

NOBILISSIMI CLARISSIMI ATQVE PRAECELLENTISSIMI

DOMINI

M·CHRISTIANI FRIDER
KR ANEVVITTERI

P·L·C· ORDINIS SAPIENTVM ASCRIPTI ET LYC· SENAT· RECTO
RIS MERITISSIMI

COLLEGAE DESIDERATISSIMI

SOLEMNIBVS EXEQVIIS

POSTRIDIE CALENDAS MAIAS


A·O·R· ∞ 13 CC XVII

DVCTVM

LVCTV ET DESIDERIO PROSEQVEBATVR

ORDO ADIVNCTORVM

VITTEMBERGAE PRELO CREVSIGIANO



Farbkarte #13

B.I.G.

